



**Tyrocinium Artis Oratoriæ Sacræ Et Profanæ**

**Moine, Joseph**

**Solodori, 1714**

Illustrissimis Amplissimis ac Prænobilibus Dominis, Dominis Prætoribus,  
Vexillifero, Quæstori, Cæterisque Inclytæ & antiquissimæ Reipublicæ  
Solodoranæ Senatoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68834](#)

**ILLUSTRISSIMIS  
AMPLISSIMIS AC PRÆNOBILIBUS  
DOMINIS , DOMINIS  
PRÆTORIBUS,  
VEXILLIFERO,  
QUÆSTORI,**

Cæterisque Inclytæ & antiquissimæ  
Reipublicæ SOLODORANÆ

**SENATORIBUS.**



I ex aliorum more  
hanc quoque lu-  
cubrationem ali-  
cui Patrono inscri-  
bere voluimus, non diu cir-  
cum-

EPISTOLA

cum spicere necesse fuit , cui-  
nam potissimum dedicanda sit.  
Vobis præcipue , Viri Illustris-  
simi , illa nuncupari debuit , ut  
è præfixo saltem Nomine Ve-  
stro lucem mutuetur , qua alio-  
quin careret : & offerri debuit  
à nobis , quos ad hoc tot no-  
mina invitant. Annus jam vol-  
vitur sextus supra sexagesi-  
mum , ex quo dignati estis mi-  
nimæ Societati nostræ intra  
mœnia Vestra domicilium in-  
dulgere , atque in aperto bona-  
rum artium Gymnasio quod  
in terris charissimum habetis  
concedere , liberos videlicet  
Vestros , ut hi nobis dirigenti-  
bus pro Patriæ bono togatæ  
Palladi à teneris assuescant ,  
dum

## DEDICATORIA.

dum per ætatem liceat saga-  
tam quoque colere in acie, e-  
jusque ductu Palmas ad æmu-  
lationem Parentum promere-  
ri. Ex eo tempore non desii-  
stis assidua specialique cura Ve-  
stris obsequiis addictos confo-  
vere , & , ut estis comunes Pa-  
triæ Patres , eos eximiis , nec  
unquam interruptis , beneficis  
cumulare , quos publicæ utili-  
tati consecratos , pro animi Ve-  
stri Magnitudine nimium gra-  
ti , agnoscitis. Versatur nobis  
quotidie ante oculos , quanto-  
pere Vobis obligemur : quoties  
enim vel liberaliter suppedita-  
ta è Ditionibus Vestris pro a-  
lendo hoc numero Sociorum  
media , vel Templum magni-

ficè

EPISTOLA

ficè recèns exstructum, vel Col-  
legium non ad habitationem  
solùm virorum Deo dicato-  
rum, sed ad splendorem usque  
excultum , recolimus , toties  
velut prægrandibus notis ex-  
aratos titulos perlegimus , qui-  
bus ex integro Vobis obstrin-  
gimur. Postulabat itaque jam  
pridem à nobis devinctissimis  
æquitas , ut quorum accepta  
beneficia palàm omnibus per-  
specta sunt, eorum etiam gra-  
titude non intra animos tan-  
tùm reconderetur, sed publica  
insuper testificatione innote-  
sceret. Suspendimus quidem  
eum in finem hincinde in Tem-  
plo, in Collegio, in conclavi-  
bus ipsis Arma & Insignia Ve-  
stra

## DEDICATORIA.

stra , ut his veluti sigillis non  
modò apertè profiteremur, un-  
dénam tot, quibus incingimur,  
dona nobis provenerint , sed  
simul testamur, iisdem amo-  
rem nostrum ac perpetuum  
gratitudinis debitum obsigna-  
tum: quia tamen hæ, tot licet  
numero , imagines nondum  
satis animi nostri sensa expli-  
care videbantur , civi tandem  
Vestro is honor reservabatur,  
ut reliquorum interpres in li-  
bello omnibus , ad quorum is  
manus perventurus esset, mani-  
festum faceret, quam non tan-  
tum agnoscamus Vesta bene-  
ficia , sed agnosci ubique cupia-  
mus Vobis à tot annis obstri-  
ctissimi. Unica res id agentes

terret,

EPISTOLA

terret, ne videlicet, dum aliqua  
ratione satisfacere conamur of-  
ficio, tam exile Vobis opuscu-  
lum offerendo potius offendere  
possimus. Simul tamen ex-  
quisita Vestra, totque argu-  
mentis comprobata humani-  
tas nos erigit, qua tenuibus e-  
tiam nostris contenti esse non  
dedignamini. Cæterum placi-  
turum Vobis operis argumen-  
tum non dubitavimus, quo-  
rum non semel curam adverti-  
mus in juventute honestissimis  
illiciis ad hanc præsertim, quæ  
in isto libello tractatur, ar-  
tem dirigenda, ne unquam  
Reipublicæ desint boni Orato-  
res, qui vel sacras Exedras so-  
lidâ facundiâ exornent, vel Cu-

riæ

DEDICATORIA.

riæ negotiis suo tempore præ-  
ficiantur. Iustum in finem si  
quid hæc opera contribuere  
possit , ejusdem pretium sat  
amplum nos retulisse arbitra-  
bimur, quòd Vestris conatibus  
allaborando futura Reipubli-  
cæ Vestræ instrumenta nonni-  
hil adjuvare licuerit , ut , quod  
summis votis exoptamus,con-  
stanti incolumitate ac felicita-  
te perfruatur.

*Illusterrimis & Amplissimis  
Dominationibus Vestris*

addictissimum Collegium  
S. J. Solodoranum.

FA-